



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. IV. De matrimonio contracto de licentia generali parochi, coram alio  
sacerdote.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

## RESPONSVM IV.

*De matrimonio contracto  
de licentia generali paro-  
chi coram aliis sacerdotibus.*

**Q**uoniam Concilium Trid. in matrimonij contractu exigit parochi presentiam, aut alterius sacerdotis; de illius seu Ordinarij licentia, frequenter in controversiam venit, an sufficiat indefinita concessio supplendi vices parochi?

*Qualis generalis sufficiat?*  
Et quidem specialem licentiam non requiri reet docet Sanches. l. 3. de mat. disput. 35. n. 5. cum id Concilium Trid. non exigit: sed sufficere ea mandari que ad curam animarum spectant, seu parochi officium. ut decisum ait Hurtado apud Barbos in coll. DD. ad Conc. Trid. f. 24. de mat. c. 1. n. 127. imò Concilij Interpretates apud Cennall. in Spec. commu. op. q. 604. n. 114. Pontium. l. 5. c. 29. n. 1. non sufficit, inquietunt, tacita licentia, que resultat ex tolerantia: requiritur vero vel commissio generalis administrandi sacramento, vel se hac abste, expressa, vel in speciali licentia. ubi Pontius n. 2. notat & generaliter sufficere; & verbo sacramenti etiam assistentiam matrimonij intelligi. idemque ante illum docuit Bonacina, Reginald. & Rebell. denique Sanches ubi sup. n. 8. huiusmodi assistentiam comprehendit admittit, si qua coniectura probabilis fuerit animi delegantis.

Generalis ergo licentia sufficit. quamquam nec definit qui, et si expressè omnium vniuersaliter sacramentorum administratio concessa foret, id commodè contendat intelligendum, de necessarijs; non de matrimonio; cuius non eadem sit ratio: atque ita mule magis indefinitam esse restrin- gendam: & ita accipiendam esse

bullam. Cruciatæ declarasse Rotam, qua de re Sanches de mat. 3. ap. 35. n. 8. & quos plures citat Barbos, supra.

Denique Aegidius Coninck, alij que ab eodem Barbos citati n. 129. ne- gant mandato contineri affluen- tiam matrimonij sub generali co- missione administrandi omnia sa- cramenta: quoniā prælentia, quam præstat parochus matrimonio, no- est ministratio sacramenti, cum ipsi matrimonium contrahentes sint ministri, presbyter publicus tantum testis: sed in negotijs mo- ralibus loquendum, iuxta philo- sophum, vt multi, c. humanæ art. 22. q. 5. v. us autē loquendi sub ad- ministratio sacramentorum com- prehendit etiam ministerium pa- rochi matrimonio coniungens, iuxta Trid. d. c. 1. in verb. & ego in coniungo. &c. quod quidam adeo extollunt, vt parochum matrimo- nij ministerum faciant, iuvantur. que illis verbis, ego vos coniungo.

Quinimo decisum est, in ma- trimonio c. 7. X. de sponsal. vi. si al- terius verba non intellexerit, ad communem, inquit, verbi intelli- gentiam recurratur. & cogatur utrum verba prolatæ in eo sensu retineantur, que- solent recte intelligentib; generare, & consonat l. Labo D. De joppell le- gat. communem ergo intelligentiam sequemur: & quam ipsi cardinalibus Concilij Interpretibus huiusmodi verba generarunt.

Opponitur tamen regula iuri, in generali concessione non venire, que- quis in specie verisimiliter non efficit con- cessurus. ut in generali mandato non continetur matrimonium. t. fin. de procurator. in 6.

Sicut etiam generaliter respon- sum est, ea que speciali notantur, omni- nisi specialiter designantur, omni- sa censi. l. item. §. ait. D. de in- iur.

Quin & verisimiliter concessio in specie præsumi non solet, cum cara aliqua quis habet. ut in ob- ligat. 6. D. de pignor. generalis ob- ligatio

ligatio non comprehendit supellectilem, vestem, mancipia, quæ in vsl quiis habet necessario, vel maioris momenti sunt. c. fin. de officie, in 6. l. fatusam. 7. D. de donat. vbi generale mandatum non complebitur donationem: c. 2. de patenit. & remiss. in 6. vbi facultas eligenendi confessarium, non continet facultatem absoluendi à reseruatis.

Sed iterum respondetur afflentiam nullam habere comparationem cum ipso matrimonio, quo corpora in mutuam tradantur seruiturem, & nisi sit animorum consensio, perpetuam gehennam: vt sub generalibus verbis quis seipsum non ita abdicare censendus sit, cùm parochio ex sola assistentia nihil decedat, vel accedat.

Quinimo & Clement: 1. de privileg. eodem fere gradu videtur statuere, vñctionis extremae, vel eucharistiae sacramentum, viaticum ministrare, vel matrimonium solemnizare.

Igitur cui vices ministrandi viatici, pœnitentiae, aliaque pastoralia alijs prohibita, commissæ sunt; & matrimonij celebratio censenda videtur etiam demandata, sub generali seu vniuersali locutione.

Sed an etiam sub indefinita? & quidem pro iuriis axiomate est receptum, vt dicatur indefinita locutio in iure æquipollere vniuersali, in iure inquam, non vi logica verborum. suffragantur leges pluribus 44: in princ. D. de leg. 2. l. si necessariis 6. si annua. D. de pignor. act. l. in vsl 158. D. de verb. signif. l. pluribus 98. de leg. 3.

Sed imprimis indefinita censetur æquipollere vniuersali, seu generali, in causis favorabilibus. Tuscus vbi sup. n. 5. & 10. fauorable autem est matrimonium: c. fin. de sem. & re iudicat. Sanctest. 3. disps. 35. n. 19. in fin. l. 1. disput. 18. n. 5 etiam quod forum internum: neque

tantum quoad causam in facto dubiam, sed etiam in iure probabili ter controuersam; vt pro illo pronuntiari debeat. ibid. n. 6. & 7. Narr. conf. 15. de conuers. coniug. Maled. 2. 2. l. 9. c. 1. d. 4. Silvius Resol. var. v. mat. xi.

Indefinitam etiam in materia spirituali acciendam pro vniuersali, valde probat c. unam san-

ritualibus.

Etiam de maior. & obed. in cœranaag.

comm. in verb. dicente Domino ipsi Petro, pascoues meas, inquit, & generaliter non singulariter has vel illas: per quod commissæ ubi intelligitur vniuersitas, vbi disertè generaliter oues Dominum dixisse dicit, cùm dixit indefinite, & intelligi vniuersaliter. nec minus latè illud verbum pase accipitur, cùm inde & primatus, & tota authoritas Petri, & successorum eius deducitur. vnde & hic latè acciendam videtur facultas administraendi sacramenta, secundum facultates loquentis.

Enimvero authores axioma æquiparans indefinitam vniuersali, vbi eadem ita solent exaudire, vt habeat locum; ubi eadem omnino ratio est: quod si illa fuerit dispar, non obtineat. Tuscus latè Concl. præct. v. indefinite æquipollere vniuersali, & quando fecus. concl. 86. ubi multos authores, & conclusiones referi: quæcum ferè substantia est; vt paritas & disparitas rationis distinguat.

Negant vero solemnizandi matrimonij, aliorumque pastoralium administrationem eandem esse rationem: sed mox diximus in d. clem. 1. de priu. satis comparari: atque ideo ex communi iuriis ratione censendum, id, quod generaliter aut indefinite concessum porrigitur ad alia sacramenta, & pastoralia, esse etiam intelligendum de sollemnitatione matrimonij.

Communi, inquam, iuriis, sermoni que ratione contingit enim nisi circa alijs causis aliud dici oportere. atque in primis si mens mandantis

cumstantia alius sua deant.

T con-

contraria eluceat: *l. in ambiguis. D.*  
*De Reg. Iur. quamvis verba impro-*  
*priarentur, illa sequenda est. l.*  
*semper in stipul. 34. D. de reg. iur. l.*  
*in insulam 6. D. de prescript. verb. tot. sit.*  
*C. plus valere quod agitur. l. in vendi-*  
*tionib. 9. vers. planè si in nomine D.*  
*de contrahend. emt. l. 1. 9. conuentio-*  
*nis D. de pac. c. humana aures in fin.*  
*22. q. s.*

<sup>11.</sup>  
*Vt illa elu-*  
*ceat rex ante-*  
*cedentia & consequentia di-*  
*cta, & facta: l. heredes. 21. 9. sed &*  
*st. D. qui testim. facere poss. l. sed iu-*  
*lian. 9. proinde. D. Ad Macedon. ibi,*  
*intelligendum ab initio sic accepisse.*  
*Amenoch. de præsumpt. 1. 6. pr. 35. a. n.*  
*23. v. que ad fin.*

<sup>12.</sup>  
*Iterum in ambiguis, quod solet*  
*fieri, actum censetur. l. certi condi-*  
*ctio. 9. si numimos. D. si seruum petatur.*  
*& quod communiter fit, factum*  
*præsumitur. Euerard. loc. leg. à com-*  
*muniuer accident. consuetudo pa-*  
*trisk. & regionis attenditur. l. si*  
*seruum plurius 50. 9. vlt. D. de leg. 1.*  
*l. nummus 75. D. de leg. 3. l. semper 34.*  
*D. de reg. iur.*

<sup>13.</sup>  
*Alias ad*  
*ius referen-*  
*dum est.*  
*Si tamen de more delegantis,*  
*aut loci consuetudine nonappa-*  
*ret, ad terminos iuris redeundum*  
*est. l. 2. in verb. ad ius retulit. C. de*  
*hered. instituen. sed & quando va-*  
*rius mos est, vtique non attendi-*  
*tur. d. l. semper. 34. D. de reg. iur.*  
*sed & præter morē fuit hīc agrō-*  
*rum & profugorum multitudo de*  
*qua mox intrā, vt extraordinario*  
*eguerit remedio: & quæ obscurè*  
*dicta sunt, etiam vbi de matrimo-*  
*nio quæritur, iuxta communem*  
*intellectum accipi debent. d. c. 7.*  
*X. de sponsal.*

<sup>14.</sup>  
*Causa li-*  
*mitata de-*  
*terminat*  
*effectu.*  
*Sed & contingit limitatam esse*  
*delegandi causam, quæ limitatum*  
*producit effectum: & indetermi-*  
*natum sermonem causa determinat.*  
*l. 5. & ibi Barth. D. de admin.*  
*iut. l. cūm pater 9. dulciss. D. de leg.*  
*2. Gail. l. 2. ob. 88. n. 8. ex causis di-*  
*cendi assumitur intelligentia di-*  
*ctorum. c. 6. X. de verb. sign. ideo-*

que delegatio interpretanda est  
*secundum terminos primordia-*  
*lis causæ. l. s. D. de administra-*

<sup>15.</sup>  
*Denique vbi rationabiliter he-*  
*satur, contra eum facienda est in-*  
*terpretatio, qui legem dicere potu-*  
*tuit, debuitque apertius. l. contra*  
*eum. de reg. iur. in 6. l. veteribus. D. de*  
*part. l. in contrahend. D. de reg. iur.*  
*l. cum in lege. D. de contrahend. emp.*  
*contra proferentem: ergo tunc*  
*indefinita æquivalet uniuersali,*  
*secus si pro eo faceret. Tafsi. d. t.*  
*98. n. 20. post Roman. At vero, utid*  
*obtineat, vbi inter aliquos de*  
*contractibus agitur, sed vbi tertij in-*  
*terest, non item: vt hic cum de*  
*validitate sacramenti. vbi in vero*  
*dubio interpretatio facienda est*  
*pro matrimonio. d. c. fin. X. d. re-*  
*tid.*

<sup>16.</sup>  
*Speciales ergo circumstantie*  
*excutiendæ sunt, an hic commu-*  
*ni iuris rationi aliquid detrahant.*  
*constat ergo hic datum est iuris. Qua-*  
*ctionem, potestatem, & facultatem ad*  
*ministrandi sacramenta: sed sine di-*  
*stinctione, aut reflexione ad mariti-*  
*nium: verba sunt ipsius parochi, & delega-*  
*his conformia ipsius parochi, qui*  
*matrimonium, vnde quæfio,*  
*solemnizavit, mos non fuit paro-*  
*cho isti, alijsue istius urbis ita inde-*  
*finitè committere, præter vice pa-*  
*stores: ipse parochus, cùm pri-*  
*mum rogatus fuit, dixit le matrino-*  
*num istud pro valido habere,*  
*perinde atque si ipse celebrasset,*  
*alijs cùm similem facultatem de-*  
*dit, solitum se esse excipere matrino-*  
*num.*

<sup>17.</sup>  
*Illud nonnihil proprius inspi-*  
*ciamus, an generalis locutio a cau-*  
*sa sua hīc determinetur. Causa er-*  
*go commitendi fuit multitudi-*  
*eo tempore ægrotorum, & alio-*  
*rum ex omni vicinia armis gallicis*  
*infesta eo confluentum: cui cu-*  
*randæ folus parochus, & unus vi-*  
*carius par non erat: eoque tefla-*  
*tur parochus ex ea occasione faculta-*  
*tem esse datam, & Ordinarius se,*  
*ideo parocco mandasse, vt pla-*  
*res*

res assumeret subsidiarios.

<sup>18.</sup> Causa fina-  
lis non  
impulsus  
determinat  
effectum.

nem sacramentorum commisit,  
ideoque non ut profugis tantum,  
& ægrotis subsidiarij operam præ-  
stiterunt; sed indifferenter omni-  
bus, citra difficultatem.

Sed an ea expressio *occasionsis*  
*multitudinis agrorum & aliorum egen-*  
*tium sacramenti pœnitentia, viatici, &*  
*extremaunctionis*, impedit inde-  
nitam locutionem comprehendere  
affistentiam matrimonij, quam  
adeo multi non exigunt infirmi,  
aut profugi? dubitatur nutic ex hoc  
facto: & pugnat tam verbum *occa-*  
*sio*, quam fauor matrimonij, contra  
restrictiones: impulsua enim causa  
non restringit, sed finalis dumta-  
xat: & de hac accipi tantum potest  
quod cessante causa cesseret lex, &  
dispositio testantis: aut contrahen-  
tis; non autem ubi cessat impulsua,  
cessat dispositio.

<sup>19.</sup> Vt ille di-  
flinguan-  
tur?

<sup>20.</sup> Pro fau-  
orabili causa  
in dubio  
causandū.

d. l. 2. in fin. multò autem maximè  
in fauorabili causa, ut matrimonij,  
pro ea respondendum est; quam-  
uis dubium grauius sit: vt in liber-  
tate serui, quamvis nomen indu-  
ctum esset, constituit Antoninus,  
fauore libertatis d.l.3. in fin. &, cum  
argumentum est variationis, pro  
subsistens auctus praesumitur. vt  
cum duo existant instrumenta  
eiusdem supremæ voluntatis, al-  
terum testator cancellauerat, al-  
terum integrū reliquerat l. 4. ibid.

<sup>21.</sup> Vt haec vel  
illa causa  
præsumatur:  
vel illa hic  
intelligatur?  
Ad hunc modum Tuscus multis  
docebat causam finalem regulare  
actum. v. *causa conc. 135. & conc.*  
*141.* quærit causa finalis quando  
dicatur; & quando impulsua? & n.  
21. præsumi causam finalem cum  
adjectur à lege, vel Principe: n. au-  
tem 14. impulsua quando à te-  
statore, vel contrahente, vel quan-  
do ad fauorem recipientis, vel ter-  
tij. n. 18.

Vbi autem dispositioni adiectū  
est verbum, *occasio*, latè docet idem  
Tuscas conc. 318. v. *dictio occasione*,  
*quid importet*, denotare causam im-  
pulsuum; nullatenus autem fina-  
lem. post Baldum, Cornicum, Felinum,  
& Ioannem Andrea, referentem ob-  
tentum in practica, quod causa sit  
finalis, occasio, impulsua.

Vnde multitudo profugorum,  
& ægrotorum fuisse causâ hic im-  
pulsua videtur adlegendi subsidi-  
arios; non finalis: præsertim addito  
hoc verbo *ob occasionem* multitudi-  
nis ægrotorum, & aliorū, quo usus  
est parochus, qui administratio-

## RESPONSVM V.

## De putatiuo pastore.

**Q**uamvis Concil. Trid. s. 24.  
*de reform. mat. c. i.* omnes om-  
nino matrimonij contrahere vo-  
lentes inhabilitad contrahendū  
aliter, quā coram proprio alterius  
parochō, vel alio sacerdote, de illius  
Ordinarijue licentia, & duobus  
saltē testibus, contractusque ir-  
ritos atque nullos faciat: frequenti  
tamen sententia receptum est, vt  
quamvis parochus interdictus,  
prohibitus, priuatus, iniustum ti-  
tulum habens, aut propter aliquos  
iuris defectus nullum, atque etiam  
parochus putatius sit tantum,  
matrimonium tamen sit validum.

Putatius  
sufficit ex  
communi  
errore, non  
singulare.

citati à Barbosa in Collect. DD. ad Con-  
cil. Trid. ad d.c. i. n. 87. & seqq. sed ta-  
men nō quomodocumque putati-  
us singulare quopiam priuati ali-  
cuius sed populari, atque communi  
ni errore, ex titulo saltē colorato,  
atque aliqua possessione. vt in  
l. Barbarius Philippus. D. de off. pre-  
tor. Barbarius feruus cum esset  
in candidatorum numerum irrep-

T 2 ferat,